Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad patrem domini nostri ihesu xpi
ex quo omnis pater mitas in celo ⁊
in terra nominatur ut det nobis
secundum diuitias gloriae suae vir
tutem corroborari per spiritum eius in
interiorem hominem cristum habita
re per fidem in cordibus vestris in cari
tate radicati et fundati ut possitis
comprehendere cum omnibus sanctis
quae sit longitudo et latitudo ⁊ sublimi
tas et profundum scire etiam
sup eminentem scientiae caritatem
cristi ut impleamini in omnem ple
nitudinem dei. Et iam qui potens
est omnia facere sup hominandanter
quod petimus aut intelligimus se
cundum virtutem quae operatur in
nobis ipi gloria in ecclia ⁊ in cristo
ihesu et in omnes generacones secuh
seculorum amen. IIII

Obsecro itaq uos ego vinc
tus in domino. Vt digne
ambuletis vocacone qua
vocati estis cum omni humilitate
et mansuetudine cum patientia
sustinentes invicem in caritate.
solliciti seruare unitatem spiritus
sancti in vinculo pacis. Vnum co
pus et unus spiritus sicut vocati
estis in una spe vocacionis vestre
Vnus dominus una fides vnum bap
tisma. Vnus deus et pater omnium
qui est sup omnes ⁊ per omnia ⁊
in omnibus nobis. Vnicuique autem
nri data est gracia secundum mensuram
donacionis cristi. Propter quod dicit
ascendens in altum captiuam duxit
captiuitatem. Dedit dona hominibus

Quod autem ascendit quid est nisi quia
et descendit primum quidem in inferiores
partes terre. Cristus qui descendit ipse
est et qui ascendit sup omnes celos. Vt
adimpleret omnia. Et ipse dedit quos
dam quidem aplos. quosdam autem pro
phetas. alios uero euangelistas. alios
autem pastores ⁊ doctores. ad consummaci
onem sanctorum in opus ministerii in edi
ficacionem corporis cristi donec occurramus
omnes in unitatem fidei ⁊ agnicionis
filii dei in virum perfectum in mensuram
etatis plenitudinis cristi. ut iam non sim
pueri fluctuantes ⁊ circumferamur
omni uento doctrine in nequicia hom
inum in astucia ad circumuencionem erro
ris. Veritatem autem facientes in cari
tate crescamus in illo omnia qui est
caput. cristus. Ex quo totum corpus
compactum et connexum per omnem
iunctuam subministracionis secundum
operacionem in mensuram unius cuius
membri augmentum facit corporis in
edificacionem sui in caritate. Hoc igitur
dico et testificor in domino. ut iam non
ambuletis sicut ⁊ gentes ambulant
in uanitate sensus sui tenebris obscu
ratum habentes intellectum alienati a
vita dei per ignorancam quae est in ill.
propter cecitatem cordis eorum qui
desperantes semet ipos tradiderunt
impudicitie in operacionem immundicie
omnes in auaritiam. Vos autem non
ita didicistis cristum si tamen illum
audistis ⁊ in ipo edocti estis sicut est
veritas in ihesu. Deponite uos secun
dum pristinam conuersacionem uete
rem hominem qui corrumpitur secundum